

Doctissimo Viro Johanni Hesse Parocho
Wratislaviensi.

Quoniam mihi non sis de facie cognitus, tamen hic adeo no-
men tuum inclaruit, ut ipse Doctorum omnium aliqum
Audiosissimus statuerim, tibi etiam innotescere. Atqz
cum nunc mihi per alias occupationes non liceat tecum
per literas atqz ego vellem, agere; Illud saltem te nunc
rogatum velim, ut in his mihi operam tuam adcomodes,
in quibus ut istis omnes facile superas, ita nisi, te alium
mihi neminem melius consulturum puto. Sunt mihi
nonnulli emendi libri, quorum hic summa est penuria
nec haberi nisi Cracoviae possunt. Vellem itaqz, hunc
quia ea potissimum causa isthuc est a me missus, con-
silio adjuvares tuo, curaresqz, ut quicquid novi post
Hyperaspisten prodit ab Erasmo vel Luthero in con-
silio tuo mea pecunia emat; fieri poterit, ut tuo
tuo officio respondere ego quandoqz possim, quod me jam
inde semper facturam tibi recipio. Vale. Et opera vicissim
utaris mea. Kalisij. 15. kalendas Decembrij. 1526.

Johannes a Lasco Decanus Gnesen
manu propria sed volante.

Prastanti Viro Johanni Hesse Theologo cum
docto tum pio, amico sincero.

S. D. Quoniam semper extitisti homo officiosqz Hesse noster,
quo nomine plurimos tibi dejunxisti. Huj rei gratia
simul ob veterem nostram amicitiam. Rogo scribas mihi
de rebus multij. Quid agatur in Italia. demens quo ruat
demens vij. quam potens sit Cesar contra hostes Im-
perij; servetne fidem Gallij novo mirante, quo statu